

Jahresbericht

über das

KARL-FRIEDRICHS - GYMNASIUM

zu

EISENACH

von

Ostern 1868 bis Ostern 1869

erstattet

von dem Direktor

Dr. Karl Hermann Funkhänel,

Grössherzoglich Sächsischem Hofrath und Ritter des Ordens vom weissen Falken I. Abth.


Voran steht

eine Abhandlung des Dr. Eugen Wilhelm:

De infinitivi vi et natura.

Eisenach,

Druck der Hofbuchdruckerei.



THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

f
ac
ve
us
bu
ma
et
ra
ey
de
gr
Re
Bo
gl
ve
ei
su
Et
se
P
e
t



De infinitivi vi et natura.

Scriptis

Eugenius Wilhelm,

Phil. doctor, gymnasii praeceptor ordin.

Constat inter omnes, qui in studiis grammaticis versantur, vix de ulla re maiorem virorum doctorum fuisse dissensionem quam de infinitivo. A Stoicis enim, qui cum primi suae ipsorum philosophiae ratione adducti universam grammaticam per se ipsam ac totam tractandam aggressi essent infinitivum solum verbum esse censuerunt, omnes ceteras flexiones verbi *κατηγορήματα* vel *συμβάματα* nuncuparunt¹⁾, usque ad recentioris temporis grammaticos, qui infinitivi et vim et usum explicare studebant, ab omnibus fere varias de ea re et discrepantes sententias prolatas esse videmus. Ac veterum quidem grammaticorum placita de infinitivo, quae interdum hariolantium esse videntur, historia duce deinceps enarrare et quid rectum falsumve sit examinare ac ponderare hoc loco non meum esse existimo. Quae qui accuratius cognoscere volent, eos reicio ad commentationes scholasticas a. 1826 sqq. editas a M. Schmidtio, gymnasii Ratiboriensis et C. E. A. Schmidtio, gymnasii Premislaviensis praeceptoribus. Novissime egerunt de ea re Baderus, gymnasii Schleusingensis praeceptor, qui in commentatione a. 1860 edita grammaticorum graecorum de infinitivi natura placita examinavit et Schoemannus in libro qui inscribitur *Lehre von den Redetheilen nach den Alten*, Berlin 1862. Atque hic quidem rationem habet eorum, quae GRIMMI, BOPPI, POTTI, CURTII, aliorum studiis assiduis et ingeniosis inventa sunt, ille ea omnia plane neglexisse videtur, cum in extrema commentatione p. 14 hisce verbis de infinitivo indicat: ad hunc perveni quaestionis finem, ut neque prorsus ad verbi species adnumerandum infinitivum nec omnino ab eis discernendum esse statuam, sed vocabulorum quoddam genus efficere medio inter verbum et nomen substantivum loco positum. Hoc utique mirum videbitur, si meminimus iam ante plus quam quinquaginta annos Boppium in libro qui inscribitur *Conjugationssystem des Sanskrit, Lateinischen, Persischen, Griechischen, Germanischen, Frankf. 1816*, quo edito linguarum ariacarum ratione ac via comparandarum fundamentum iecit, cum de infinitivo graeco disputaret, p. 71 haec addidisse: tale quidquam ex substantivo et verbo conflatum, quod esse infinitivum fingerent, omnino in nulla lingua reperiri et tale monstrum cum Centauris fabularum comparandum esse. Boppius enim in omnibus linguis quae sanscrito sermoni cognatae sunt graeca, latina, persica, gotica, germanicis infinitivum esse substantivum contenderat idemque inter infinitivum articulo vel instructum vel orbatum linguarum germanicarum et graecae et infinitivum nudum, gerundium, supinum linguae latinae discrimen ad ipsius rei naturae pertinens intercedere negaverat p. 38, 71, 107, 132. Quam Boppi sententiam impugnavit Guilelmus Humboldtius in Schlegeli bibliothecae indicae vol. II, a. 1824. Qui cum omnium acutissime hanc rem investigasse dicendus sit, quid de infinitivo senserit, breviter exponere in animo est. Is igitur in hunc fere modum disputat p. 74, sqq.: se nullo modo adduci posse, ut verum infinitivum cum verbo iunctum nomen esse credat, nec dubitare, quin aliquantum intersit inter hanc utramque sententiam „ich habe

¹⁾ Apollonius Dyscolus in libro qui est *περὶ συντάξεως* I, 8, p. 31. Stoicorum sententiam ita refert: οἱ ἀπὸ τῆς Στοῦς αὐτὸ μὲν (τὸ ἀπαρέμψατον) καλοῦσι ῥῆμα, τὸ δὲ περιπατεῖ καὶ γράφει κατηγορημα ἢ σύμβαμα καὶ ἐν τὰς ἀπὸ τούτων ἐγκλίσεις.

Lust zu essen“ et „ich habe Lust zum Essen“²⁾). Itaque tria distinguenda esse genera p. 99 dicit, a) infinitivum per se ipsum spectatum, b) infinitivum substantivi loco positum sive gerundivum, c) substantivum verbale. Atque illum quidem infinitivum, quem verum esse supra dixi, medium locum obtinere inter participium et nomen, non ut utriusque formae naturam in se complectatur, sed ut ab illo proficiens ad hoc tam prope accedat, ut facillime transire in eius et vim et formam possit. Deinde infinitivus, qui natura sua ex verbo finito modorum, numerorum, personarum significatione destituito oritur, si alii subiciatur verbo, ipsius notionem ad subiectum verbi regentis transire p. 82, 87. Hanc autem conditionem prout libeat tolli et infinitivum substantivi forma indui posse, quo facto eum plenam quidem nominis vim ac potestatem, quatenus in ipsius naturam cadere possit, in se recipere, tamen peculiarem vim verbalem retinere, cum obiectum ab eo pendere possit quarto fere casu appositum. Sic infinitivum transire in gerundium p. 88. En habemus alterum genus, quod apud Graecos infinitivo articulo adiecto, apud Latinos gerundio et supino significari Humboldtius dicit p. 89 sqq. Iam vero si infinitivi forma tanquam nomen adhibeatur destitutum illud quidem omni vi verbali, unde aliam obiecti referendi rationem consequi necesse sit, vel si ex aliis verbi partibus substantiva conformentur, ex origine sua ea appellari substantiva verbalia, quae tertio illo genere contineantur.

Quae Humboldtius explicaverat, ea M. Schmidtus in commentatione quam supra commemoravi accuratius examinavit et magnam partem refellere studuit. Qui cum illius sententiam improbasset et cum Boppio infinitivum pro substantivo habendum esse existimasset, Humboldtius ut in campum descenderet et rem in disceptationem vocatam denuo tractaret permotus est. Et hic quidem epistula ad M. Schmidtum missa, quae in Aufrechtii et Kuhni annalibus a. 1853. II, p. 242 sqq. publici iuris facta est, quae antea statuerat summo quo erat acumine defendit, qua in re non tam sui ipsius quam Bernhardii patrocinium se suscepisse fatetur, alia addidit p. 246, alia paulo immutavit, veluti p. 245 dixit in infinitivo inesse peculiarem ac plenam vim verbalem, quae ad temporis sive momentum sive spatium spectaret, et p. 247 infinitivum articulo instructum certum aliquid ac definitum significare eoque modo cum propriam exisset naturam in merum substantivum abire. Cuius sententiam amplexi sunt Fr. Luebkerus et F. G. Dahlecke, quorum alter de usu infinitivi Plautino Slesvici 1841, alter de usu infinitivi Horatiano Vratislaviae 1854 scripsit. Ne J. Grimmus quidem ab ea ratione deflexisse videtur, qui *grammat. german.* vol. IV, p. 56, 91 de universa infinitivi naturae disputavit. Plane aliam atque Humboldtius viam ingressus est A. Hoeferus libello de infinitivo imprimis sanscrito edito Berolini 1840. Etenim cum ille id solum ageret, ut eius quo hodie utimur infinitivi vim et naturam enuclearet atque certis quibusdam finibus circumscriberet, hic ante omnia unde infinitivus originem duxisset quaerere instituit, quo facilius et certius hoc invento quemadmodum eius vis hebetata esset intellegeretur³⁾. Et profecto hanc rationem unam omnium veram et fuisse et esse ego quidem existimo. Hoeferus igitur cum in varias infinitivi conformationes inquisisset, qua in re eum temporum iniquitate neque satis vedicae dialecti neque omnino bactricae linguae⁴⁾

²⁾ Illud quod statuit Humboldtius discrimen in dubitationem vocavit W. Lindau, qui in libello de particulis ut et quod Halis Sax, 1831 edito de ea re haec bene exposuisse mihi videtur p. 113: mir kommt es vor, als wenn die Beziehung und die Innigkeit der Verbindung der Lust zu essen und der Lust zum Essen gleich gross wäre; und ist auch im zweiten die Selbständigkeit des Objectes der Lust in der Sprache markirter ausgedrückt, so ist im ersten die Vorstellung der Lust nicht weniger auf etwas angewiesen, was für sich und ausser dem Subjecte bestehend gedacht wird. In beiden Fällen drückt zu die Richtung der Lust nach aussen auf ihren Gegenstand aus und für sie kann es keinen Unterschied geben, ob die Vorstellung diesen Gegenstand als ein Handeln, das aber für jeden einzelnen Fall eine Handlung wird, oder als eine Sache darstellt und in der Sprache ausdrückt; beide haben für sie die Geltung eines Substantiellen und sind materiell und einwirkend in Bezug auf die Genugthuung der Lust.

³⁾ Cf. Hoef. l. l. p. 60 adnot.

⁴⁾ Quod Hoeferus linguae bactricae exemplum e Boppii *gramm. critic.* desumptum attulit et dativos substantivorum suffixo ti formatorum loco infinitivi in bactr. sermone usurpari commemoravit, huic rei non multum tribuendum esse puto

rationem habere potuisse valde dolendum est, ad hanc deductus est sententiam, infinitivum omnium ariacae stirpis linguarum sanscritae, praecritae, graecae, oscae, latinae, goticae etc. nihil aliud esse nisi substantivum verbale vimque eius primigeniam, ubi usus eius latius patere coepisset, ita paulatim auctam atque amplificatam esse, ut hodie meram verbi notionem abstractam quam dicunt significaret⁵⁾. Aliquot annis post Hoeferus eandem rem persecutus est Boppius, qui in grammatica comparativa, praestantissimo illo libro, vol. III, §. 849—886 ex vedica dialecto quam Hoeferus leviter tantum tangere potuerat, plura petivit atque in suam rem convertit et quaestione subtiliter et doctissime instituta comprobavit infinitivum speciem nominis substantivi prae se ferre neque quidquam aliud esse quam substantivum abstractum, quod in singulis linguis vario modo conformatum videremus. Quamquam quae primaria infinitivi forma et natura fuerit, saeculis decurrentibus non iam in singulorum mentibus aut haesisse aut haerere concedendum est. Quo concessio ne illud quidem mirum videbitur infinitivi usum saepe a primigenia eius formae vi atque indole posterioribus temporibus abhorreere coepisse⁶⁾. Qua igitur ratione infinitivus in linguis sanscrita, bactrica, graeca, latina, gotica usurparetur, id mecum ipse constitueram ita perscrutari, ut usus infinitivi quemadmodum aut cum primigenia formae significatione consentiret aut ab ea abhorreret intellexeretur. Atqui cum id quod mihi proposui angustos huius commentationis fines excedat et tota quaestio sit eiusmodi, ut fieri non possit, quin varias infinitivorum formas attingam, alias et alio loco de infinitivi usu disputaturus sum, hac autem scribendi opportunitate data tantum de infinitivi forma agam.

Prius autem quam accedam ad hanc quaestionem, libros quos in hac commentatione conscribenda adhibui enumerare mihi liceat. Atque praeter eos quorum iam mentionem feci hisce usus sum libris: imprimis Boethlingki et Rothi lexico sanscr., Pānini Sūtris a Boethlingkio edit., Roseni editione Rigvedae, Aufrechtii edit. hymn. Rigv., Benfeyi Sāmaveda et eiusdem gramm. sanscr. mai., Delbruecki, viri doctissimi et humanissimi, qui me etiam literis adjuvit, commentatione de dativi usu in carmin. Rigv., Autenriethi comment., terminus in quem inscripta, Boppi gramm. compar. edit. III., Schleicheri compendio gr. comp. ed. II., Spiegeli gramm. bactrica et commentario de Zendavesta, Justii lexico bactrico, Mommseni de dialectis inferioris Italiae libro, Monumentis linguae umbricae ab Aufrechtio et Kirchoffio editis, Ulfila a M. Heynio edito.

De infinitivi forma.

In Rigvedae hymnis, antiquissimis illis gentis indicae literarum monumentis, a quibus omnis haec quaestio proficisci debet, varias infinitivi formas reperimus. Ac primum quidem suffixo *tu*, quo ad substantiva abstracta fingenda saepissime lingua sanscrita utitur, accusativi signo *m* adiecto infinitivi formantur, quorum usus ut in Rigveda angustissimis continetur finibus, ita in posterioris aetatis lingua, imprimis epica latissime patet. Sic legimus *prāsh-ṭum* ($\sqrt{\text{prach}}$), I, 164, 4⁷⁾ *kó vidvānsam úpa gāt prāshṭum etát*, quis scientem adiit rogatum hoc? *dā-tum* V, 79, 10 *etāvad véd ushas tvám bhúyo vā dátum arhasi*, tale vero, Aurora, tu plusve dare potes, cf. V, 36, 1, *prá-bhartum* III, 48, 1, *prá-volhum* X, 2, 3; *jivā-tum* I, 91, 6. VI, 47, 10. VIII, 47, 4, quod esse verum infinitivum Benfeyus gr. mai. §. 918 asseverat. Hos infinitivos consentire cum Latinorum supinis in *tum* finitis iam dudum intellectum est. Itaque pauca exempla attulisse satis habeo, ut *é-tum* (*i*) = *itum*, *ánk-tum* = *unctum*, *yók-tum* = *iunctum*, *ján-i-tum* = *genitum*. Umbrorum supina in *tum* vel *tom* exeuntia, quorum *m* finale abiectum videmus, ex Aufr. et Kirchl. libro p. 149 petita appono haec: Tab. Eug. lb, 10: *pune puplum aferum heries*, avf *anzeriatu* etu = Tab. Vlb 48: *pone poplo afero heries*.

⁵⁾ Vide sis ea quae Hoeferus libelli sui p. 60—62. exposuit.

⁶⁾ Cf. ea quae Schweizerus in censura Boppi grammaticae comparativae Kuhni annalibus a. 1854 inserta p. 357 sqq. iudicavit.

⁷⁾ Locos ex Rigvedae carminibus desumptos solis fere numeris significavi.

avif aseriatu etu, h. e. cum populum circumferre voles (vel: volet) aves observatum ito. Ceterum de inf. sansc. accentu hoc addo, in formis simplicibus radicem, in compositis praefixum quod radici proxime antecedit accentu notari (Benf. gr. scr. mai. §. 917) ut *ā-dā-tum*, *abhyā-dā-tum* (*abhi-ā-dā*) *sām-dhā-tum* Hitop. 75, 14. Saepius legenti carmina vedica occurrunt infinitivi exeuntes in *tave*, qui est dativus suffixi *tu*, velut *kār-tave* X, 74, 6: *yād im uṣmāsi kārtave karat tāt*, quod rogamus ut faciat, faciat id cf. I, 85, 9. II, 22, 1. IX, 86, 20. *nī-kartave* VIII, 67, 5. *āttave* (√ad) III, 35, 7. VIII, 43, 29. X, 16, 12. 79, 6. 85, 34. 92, 3. *āvitave* (√av) VII, 33, 1. *āshṭave* (√aṣ) IV, 30, 19. *étave* (√i) I, 112, 8. V, 44, 11. VIII, 58, 17. X, 39, 8. *ānv-etave* VII, 33, 8. *pāry-etave* VIII, 24, 21. *nīr-etave* I, 37, 9. VIII, 45, 30. *ótave* (√ve) X, 130, 2. *gántave* (√gam) I, 46, 7. *gātave* (√gā) III, 3, 1. *cāritave* (√car) I, 113, 5. *jīvātave* (√jiv) I, 94, 4. X, 59, 5. 60, 8, 9, 10. 176, 4. 186, 2. *dātave* (√dā) IV, 20, 10. VIII, 19, 29. 60, 15. IX, 75, 5. *dhātave* (√dhā) I, 164, 49. VIII, 59, 15. X, 115, 1. *prāti-dhātave* I, 24, 8. *pāttave* (√pad) IV, 18, 1. *pāttave* (√pā) I, 28, 6. 108, 2. 116, 22. II, 16, 5. VI, 57, 2. VIII, 58, 10. IX, 1, 1, 9. 4, 4. 11, 8. 16, 3. 24, 3. 51, 1. 98, 10. 100, 5. 108, 15. *bhārtave* (√bhar) IX, 97, 50. *yātave* (√yā) I, 37, 10. 44, 4. 113, 16. 157, 1. V, 29, 10. VIII, 7, 8. 12, 3. 20, 6. IX, 62, 17, 18. IX, 63, 8, 9. 65, 16. 99, 2. X, 75, 2, 6. 143, 1. *yāntave* (√yam) VIII, 15, 3. *māntave* (√man) I, 112, 2. *yāshṭave* (√yaj) I, 13, 6. IV, 37, 7. *yótave* (√yu) VIII, 18, 5. *prā-vantave* I, 131, 5. *vāktave* VII, 31, 5. *vārtave* II, 25, 3. III, 33, 4. *vāstave* I, 48, 2. *vólhave* (√vah) I, 45, 6. 134, 3. III, 29, 4. IV, 9, 6. V, 14, 3. 56, 6. VI, 60, 12. *pāri-çaktave* VIII, 67, 5. *sārtave* I, 32, 12. 116, 15. 130, 5. II, 12, 12. *prā-sartave* VIII, 56, 12. *srāvitave* (√sru) IV, 3, 12, 19, 8. *sótave* (√su) I, 28, 1. *hāntave* I, 131, 6. III, 37, 5, 6. V, 34, 2. VIII, 12, 22, 82, 7. IX, 61, 22. X, 112, 1. 116, 1. *prāti-hantave*. *nī-hantave* II, 13, 8. *hāvitave* (√hu) VIII, 90, 4. *stótave* VIII, 61, 5. Altera eius infinitivi forma, quae in *tavai* exit et dativus fem. suff. *tu* videtur esse (v. Benf. l. l. §. 919, 2) minus illa quidem usitata quam ea cuius modo mentionem feci, hoc habet singulare, quod non modo radix, sed etiam casus terminatio accentu notatur, ut *yó-tavai* (yu) VIII, 60. 15. *agnīm dvésho yótavai no grīṇimasi*, Agnim, odium ut depellat, celebramus. *étavai* IV, 58, 9. X, 108, 6. *áty-etavai* V, 83, 10. *ānv-etavai* I, 24, 8. VII, 44, 5. *gántavai* X, 95, 14. *dātavai* IV, 21, 9. *āpa-bhartavai* X, 14, 2. *māntavai* VII, 4, 8. *mātavai* I, 164, 28. *ótavai* (√ve) I, 164, 5. *pātavai* III, 46, 5. *sārtavai* I, 57, 6. III, 32, 6. *srāvitavai* VII, 21, 3. *yātavai*. Pāṇ. III, 4, 9. *yāmitavai* I, 28, 4. *hāntavai* V, 2, 10. 31, 4. VIII, 85, 5. X, 125, 6. *ūpa-gantavai* X, 160, 5.

Praeterea eiusdem suffixi *tu* commemorandus est ablativus et genitivus, quorum uterque in *tos* exit. Et hi quidem infinitivi, quorum numerus admodum exiguus est, aut ex praepositionibus aut ex substantivis pendent. Atque ablativi exempla sunt in schol. ad Pāṇ. III, 4. 16. *sām-sthātos*, *úd-etos* (*ud-ī*), *purā suryasyo' detoh*, ante solis ortum, *apā-kartos*, *prā-vaditos* (vad), *prā-caritos*, *hó-tos* (√hu), *tāmitos*, *gānitos*, aliud in comment. ad P. p. 152 Boethlingkius attulit ex RV. I, 41, 9 *catúraç cid dádamānād bibhiyād ā nīdhātoh*, timeat (homo) eum, qui quatuor (aleas) tenet, priusquam iaciat, proprie ante deiectum (M. Muell. ess. I, pag. 38); genitivum legimus I, 115, 4. II, 38, 4 *mādhya kártos*, in medio actionis. Haud scio an huc referendus sit genitivus *gāntos* I, 89, 9 *mā no madhyā rīrīshatāyur gāntoh*, ne nobis in medio cursu praecidatis vitam! cf. *étos* II, 38, 3.

Iam venio ad aliud infinitivorum genus ob eam causam memoratu dignissimum, quod nuda radix signis vel accusativi vel dativi vel ablativi instructa infinitivi instar usurpatur. Cf. Roseni adnot. ad Rigv. p. 45 et Curtii libellum de temporum et modorum gr. et lat. formatione Berol. 1846 pag. 14. Atque accusativi exempla praeter schol. ad Pāṇ. III, 4, 12 Aufrechtius l. l. p. 148 et Boppius III, p. 280 protulerunt, quibus addere possum *yāmam* III, 27, 3 *āgne çakéma te vayām yāmam devāsya vājinah*, (utinam) valeamus nos ad acquisitionem tui, dei divitissimi, cf. I, 73, 10. *ā-nām-am* IV, 8, 3 *sá veda devā ānāmam devāñ rītāyate dáme*, deus scit adducere deos sacrificanti domum, quo allato id quod Boppius l. l. contenderat infinitivos id genus nisi ex verbo *çak* (posse) pendentibus non reperiri satis re-

fellitur; à-sád-am VIII, 1, 8. IX, 3, 1. 25, 6. 30, 4. 64, 22. 82, 1. 101, 14, 15. IX, 71, 6. IV, 9, 1 = SV. I, 23; IX, 8, 3 = SV. II, 530. IX, 50, 4 = SV. II, 558. III, 62, 13; IV, 9, 1. nir-ñíj-am (nis + nij) IX, 95, 1 = SV. I, 530; kṛiñute nirñíjāṃ gā, reddit purum lac vaccinum, IX, 68, 1 = SV. I, 563. cf. Benf. gloss. in Sām. p. 113a; sam-ídih-am I, 94, 3. VII, 2, 1. II, 6, 1. à-rábham V, 34, 5. IX, 73, 3. X, 62, 9.

Cum his infinitivis Aufrechtius l. l. p. 148, 149 Oscorum et Umbrorum infinitivos suffixis *um* et *om* formatos comparat, quorum *m* finale in Umbrorum quidem lingua fere abicitur, quod idem in supinis eiusdem linguae in *tum* et *tom* finitis fieri solet. cf. Aufr. p. 93, 4a. 116, 4. Umbrica exempla haec sunt: *aju* (Tab. Eugub. IIa, 4 ajere?) eru Va 26. 29. Vb 5 = *erom* VIIb 2 (esse); *façiu* IIa 16 = *façu* IIb 22 (facere); *a-ferum* Ib 10 = *afero* VIb 48 (circumferre); *a-serio* VIa 4 (observare); *stiplo* VIa 2 (stipulari); *kuratu eru* Tab. Va 26. 29. (curatum esse). Osaë dialecti exempla ex Mommseni libro de dial. inf. Ital. petita afferro haec: *acum* Tab. Bantin. 24 = agere, *deicum* B. 10 = dicere, *censaum* B. 20 = censere, *censamur* B. 19 = censi (Bergkii coniecit CENSANTVR = censentor, cf. Momms. p. 147 adn.) *manim-a-sorum* B. 24 = manum inserere, *moltaum* B. 12. 13. 18. 26. 27 = multare (B. 26. 27: suaëpis ionc meddis moltaum herest licitud || si quis eum magistratus multare volet, liceto) *pertuumum* B. 7 = secare, *tribarakavum* cipp. Abell. 36 = tribuere. In studiis oscis a. 1845 ed. p. 66 Mommsenus eam formam esse infinitivum perfecti act. coniecerat, quem locum Boppius III, p. 281 respexisse videtur. Aliter atque Aufrechtius de his infinitivis censuit Boppius II, p. 501, qui eos ad themata sauser. in *a* exeuntia, quae interdum infinitivi loco ponuntur, revocare malebat. Neque id temere fecisse mihi videtur.

Sed redeamus ad vedicam dialectum, in qua etiam genitivus et ablativus merae stirpis vi nominis actionis positae reperiuntur. Cuius formae exempla praebent schol. ad Pāṇinim, ubi III, 4, 13 genitivum *vi-likh-as* legimus: *içvaro vilikhah*, proprie dominus pingendi, quae verba scholiastes sic interpretatur: *vilekhitum ity arthah*, h. e. idoneus pingendo. Ablativos exhibent schol. ad Pāṇ. III, 4, 17. *vi-sṛip-as* (cf. Boethl. com. ad P. p. 152. Yajur V. I, 28; P. I, 1, 40. VIII, 3, 110) *à-tríd-as* VIII, 1, 12 = SV. I, 244. purā jatrúbhya àtrídah, ante iuguli fissionem; *jivagrībhas* X, 97, 11, quod Benfeyus in eo numero habet, nomen agentis esse credit Rothius, qui locum in lex. Petrop. laudatum, *ātmā yākshmasya naçyati purā jivagrībho yathā* vertit: ipse morbus discedit tanquam ab insidiatore. Huc etiam verba quae sunt I, 24, 4 purā nidāh retulerim.

Iam vero ad reliquos qui plurimi in Rigveda extant infinitivos transeamus, qui quamquam variis formati sunt suffixis, in eo tamen omnes consentiunt, quod dativi formam ostendunt neque aut forma aut significatione a dativis substantivorum differunt. Atque ut a simplicissima eorum forma ordiamur, quae in dativi suffixo quod est *e* vel *ai* radici adiuncto cernitur, commemoro hos: *dṛiçé* I, 23, 21 *āpah* *prīñitā bheshajām várūtham tanvè máma | jyók ca sūryam dṛiçé*, aquae, effundite recreationem tutelamque corpori meo et diu solem ut eum videam. cf. I, 50, 1, 5. 51, 4. 52, 8. 112, 5. 123, 11. 124, 6. VI, 29, 3. IX, 61, 18. X, 9, 7. X, 57, 4. 60, 5. 136, 1. *saṃ-dṛiçe* II, 13, 5. III, 38, 1. *abhi-cákshé* I, 102, 2 *asmé sūryácandramásābhicákshé çradhdhé kām indra carato vitarturām*, nostra causa sol et luna, ut videamus et fidem habeamus, Indra, incedunt alternatim. V, 31, 12. *vi-cákshé* I, 113, 5. 116, 14, 16. 117, 17. IV, 16, 4. II, 27, 10. *abhi-pra-cákshé* I, 113, 6. *saṃ-cákshé* I, 127, 11. VII, 18, 20. *ava-cákshé* IV, 58, 5. *nir-áje* III, 30, 10. *à-díçe* IX, 21, 5, 6. VI, 56, 1, 48, 14. *ati-kráme* I, 105, 16. *à-dábhe* VIII, 21, 16. *à-dhṛishe* I, 39, 4, 136, 1. V, 87, 2. IX, 53, 3. *prati-dhṛishe* VIII, 49, 13. *pari-náçe* I, 54, 1. *saṃ-náçe* VIII, 3, 10. *vi-níkshé* (*niksh+vi*) V, 2, 9. *parà-núde* I, 39, 2. VIII, 14, 9. *à-pṛiçe* V, 50, 2. *vi-pṛiçe* IV, 13, 3. *bhujé* I, 51, 1. 30, 20. 127, 8, 11. 155, 3. V, 73, 2. VIII 20, 8, 13. X, 48, 9. *bhuvé* (*v̄bhū*) X, 88, 10. *mahé* I, 62, 2. 116, 13. *mihé* I, 64, 6. *mushé* V, 34, 7. *pra-mṛishe* III, 9, 2. *à-rábhe* I, 24, 5. 34, 2. 182, 7. III, 53, 2. IX, 73, 1. *rucé* IX, 23, 2. 105, 5. *à-rúje* IV, 31, 2 = SV. II, 33. *vṛidhé* I, 34, 12. 79, 11. 85, 1. 89, 5. 91, 10, 17. 112, 24. 121, 8. 178, 5. III, 3, 8. 6, 10. *vi-varé* I, 112, 18.

à-vrite III, 42, 3. ati-vidhe V, 62, 9. çubhé I, 64, 4. 87, 3. 117, 5. 119, 3. 127, 6. 167, 6. III, 26, 4. à-sáde I, 13, 7. III, 41, 9. V, 26, 8. 46, 5. VIII, 49, 1. 54, 6. IX, 98, 10. X, 188, 1. ni-sháde (√ad) I, 104, 1. sam-shúde VIII, 17, 6. ati-shkáde VIII, 56, 19. prati-shkábhē (√skabh) I, 39, 2. vi-shkábhē VIII, 89, 12. ni-spríçe (√sparç). pari-shváje X, 40, 10. sam-ídhe I, 113, 9. pará-dai (√dā) VII, 19, 7. pra-khyai (√khyā) VII, 81, 4. vikhyai X, 158, 4. à-yai (√yā), II, 18, 3. pra-yai I, 142, 6. X, 104, 3. (Roth. con. pra-pai) ava-yai, upa-yai VIII, 47, 12.

Cum his infinitivis aptissime comparare possumus bactricos^{*)}, quos eadem ratione formatos esse apparet, ut içè (√iç), nāshè yt. 24, 29; anāshè y. 43, 14. viduyè (√vid) y. 43, 3 vaçemī viduyè, volo scire y. 29, 3. 31, 5, vīviduyè y. 42, 9. zaozizuyè (√zu) y. 27, 6. duyè (√du=dā) y. 45, 15. frāṭ-buyè, viṭ-buyè (√bhū) yt. 15, 52. mereñgeduyè (√mareñc+duyè) y. 52, 6. çuyè (√çu) y. 48, 9. cf. Schleicheri comp. p. 376. Pergimus ad eas vedicas formas, quae ad aoristum haud dubie revocandae sunt, quales sunt: jishé (√ji) I, 112, 12 yābhī rátham ávatam jishé, quibus (auxiliis) currum iuvistis, ut vinceret, cf. I, 111, 4. vakshé (√vah) stushé (√stu), méshē (√mi) v. Pāṇ. III, 4, 9. Bopp. III, p. 270. jeshé, quod Benfey. gr. sanscr. mai. §. 919. V. infinitivum radices *ji* esse existimat, Rothius in lex. Petrop. s. v. jeshá locativum substantivi jeshá esse contendit. cf. RV. I, 100, 11. Hos infinitivos plane congruere cum Graecorum infinitivis aoristi primi qui dicitur facile intellegetur, si comparaverimus λῦσ-αι, κῦπ-σαι, δεικ-σαι, quamquam, utrum in dativis an in locativis habendi sint, dubitari potest. Ac Schleicherus quidem eos ad locativos thematum in *a* desinentium (λῦσα-) refert p. 377, Boppius dativos esse censet, cuius sententia magis mihi probatur quam illius. Aoristi enim thema, quod est λῦσ-, in dativo esse positum existimo. Sed utcumque res sese habet, hoc certe constare mihi videtur, inesse in eis infinitivis residuum radices *as*, esse. Neque vero hoc loco omittendum est in scholiis ad Pāṇ. III, 4, 10 duos legi infinitivos, rohishyai et avyathishyai, qui ad futurum secundum potius quam ad aoristum tertiae formationis, ut Boppius censet p. 269, pertinere videntur.

Jam venio ad substantiva in *as* finita, quorum dativus in *ase* vel *áse* infinitivi partes agit: ávase I, 34, 12 vām ávase johavimī, vos auxilio vocito. cf. I, 17, 2. 22, 6. 10. 34, 12. 35, 1. 45, 5. 47, 10. 48, 14. 52, 1, 12. 89, 5, 7. 100, 8. 102, 10. 112, 24. 114, 4. 118, 10. 127, 4. 128, 8. 129, 10. 135, 3. 164, 52. 168, 1. 183, 5. 186, 10. II, 16, 1. 29, 1. 34, 14. III, 13, 2. 26, 2. 47, 5. 54, 12. 57, 5. 62, 2. IV, 2, 13. 3, 1. 20, 1. 21, 1, 3. VI, 14, 1. 38, 5. 40, 5. 46, 6. 48, 4. 61, 2. VII, 1, 2. 21, 8. 26, 2. X, 38, 4. dháyase I, 31, 13. 72, 9. 94, 12. 130, 2. 141, 6. III, 38, 3. 50, 3. práyase IX, 66, 23. V, 66, 1. cákshase I, 7, 3. 48, 8. 50, 2. 112, 8. V, 15, 4. 70, 2. bhójase I, 55, 3. VIII, 54, 3. çávase I, 57, 1. 81, 1, 8. 130, 6. III, 37, 1. VIII, 24, 11. námase VIII, 25, 7. çrávase I, 31, 7. 57, 3. 73, 5. 95, 11. 103, 4. 113, 6. 121, 14. 134, 3. rádhase I, 17, 7. 81, 8. 139, 6. III, 41, 6. 51, 12. IV, 20, 2. 24, 1. 29, 3. VI, 38, 5. VIII, 24, 12. sáhase I, 16, 6. III, 51, 4. IV, 20, 6. VI, 38, 5. jiváse (√jiv) I, 25, 21. 36, 14. 37, 15. 44, 6. 72, 7. 79, 9. 89, 2. 91, 7. 117, 24. 119, 1. 146, 5. 155, 4. 172, 3. II, 28, 7. 39, 6. III, 36, 10. 53, 18. VI, 69, 5. VIII, 6, 33. 18, 18. 22. 48, 4. 52, 9. 56, 12. IX, 82, 4. 86, 38. X, 14, 14. 18, 6. 25, 4. 25, 6. 35, 12. 57, 4. 185, 3. 186, 3. doháse (√duh) I, 141, 2. VI, 66, 1, 5. VI, 45, 7. bhiyáse (√bhi, timere) V, 29, 4. caráse I, 92, 9. çriyáse I, 87, 6. pushyáse (√push) V, 50, 1. riñjáse (√arj) VIII, 4, 17. řicáse (√are) VII, 61, 6. VI, 39, 5. tujáse (√tuj) IV, 23, 7. çobháse (√çubh) I, 84, 10.

Aptissime huc referemus bactric. linguae themata in añh terminata, quae cum neutris sanscr. in *as* finitis tam accurate congruunt, ut Bactrorum avañh idem sit et forma et vi ac potestate atque vedicum illud ávas, cf. Spiegelii gr. bactr. p. 86, 148. Infinitivi huiusmodi sunt: avañhè yt. 5. 63 moshu

^{*)} Zend-Avestae partes cum Justio, quem in litteris bactr. transcribendis secutus sum, ita indico, ut y. sit yaçna, yt. yasht, vd. vendidad.

mè zava avan̄hè, veni mihi celeriter auxilio, yt. 10, 24 jaçaiti avan̄hè, venit auxilio, yt. 10, 77 à thwà zbayâi avan̄he, te auxilio voco, yt. 10, 5 âca nô jamyât avan̄hè, veniat nobis auxilium; manan̄hè, vacan̄hè y. 67, 9. rafran̄hè yt. 10, 5. rafnan̄haëca yt. 1, 9. frâdan̄hè (√frâdh) y. 43, 20. râshayan̄hè (√rash) y. 48, 3. 50. 9. vaocan̄hè (√vac) y. 28, 11. vacan̄hè (vacan̄h subst.). ravan̄he y. 10, 5. crāvayan̄hè (√çru) y. 29, 8. vaënan̄hè (√vaën) y. 32, 10.

His allatis transitio nobis facile paratur ad Latinorum infinitivos, qui quin in activo quidem verbo eodem dativo *-ase* suffixi *-as* oblitterato intellectu primariae formae conformati sint, dubium esse vix poterit, si comparaverimus *av-ere* = *áv-ase*, *vîv-ere* = *jîv-ase*. Quae infinitivorum conformatio tam arte sese applicat ad praesentis thema, ut, ubi deest vocalis intermedia, etiam suffixum *-ase* vocali destitutum appareat, cf. *es-se*, *da-re*, *fer-re* (*fer-se*), *vel-le* (*vel-se*, v. Schleich. p. 263. 472 sqq.) Idem suff. iunctum esse cum perfecti themate, quod in *is* exit et tantum Latinorum est, hisce cognoscitur exemplis: *peperis-se*, *dedis-se*, *fecis-se* etc., alii infinitivi perfecti, ut *dix-e* (Varr. ap. Non. p. 451, 16) = *dixisse*, *decesse* (Ter. Heaut. pr. 32) = *decessisse* in formis syncopatis habendi sunt. Huc quoque refero infinitivos Plautinos, qui futuri esse putandi sunt, ut *expugnasse-re*, *impetrasse-re*, *levasse-re*. Quo simplicior autem et magis accedens ad antiquissimam formam horum infinitivorum forma videtur, eo maiores in explicandis verbi passivi infinitivis existunt difficultates. Quos quomodo viri docti explicare temptaverint vel potius laboraverint, fusius exponit Schleicherus p. 474 sqq. Qua de causa singulorum sententias persequi supersedeo. Liceat tamen commemorare L. Langium, cuius sententiam quomodo apud Schleicherum p. 475 expositam legi, allaturus sum. Ac primum quidem is infinitivum *legier* ex forma *legi-fier* mutilatum esse existimat, h. e. thema praesentis *legi-* compositum esse cum infinitivo *fiere*, *fieri*. Deinde infinitivos *ama-rier*, *da-rier* ex formis *ama-siere*, *da-siere* natos esse dicit, h. e. praesentis themati adiunctum esse infinitivum *siere*, qui sit radicis *es* (esse) et vim habeat passivam. Denique infinitivos *legi*, *amari* ex formis *legies* (*legi-fiese*), *amasies* (*ama-siese*) ita explicandos esse censet, ut abiecta littera *s* finali syllaba *je* in *i* sit contracta. Sed haec explicatio quamvis eo commendetur, quod Langius eodem suffixo *se* infinitivos verbi tam activi quam passivi formatos esse putat, tamen non omni caret offensione. Neque enim verisimile est, id quod Schleicherus p. 476 recte obiecit, infinitivum radicis *es* formatum esse, in quo passiva significatio insit. Quamquam igitur nihil adhuc prolatum est, quod ex omni parte satisfaciat, et valde verendum est, ne coniecturarum numerum temere augere videar, tamen quoniam in re difficillima versamur, id quod ipse conicio proponere non dubito. Ac mihi quidem in forma *ama-s-ie-se*, quam primitivam esse existimo, quatuor partes distinguendae esse videntur, primum verbi thema, quod est *ama*, deinde littera *s*, quod reliquum est pronominis reflexivi, tum suffixum *-se*, quo infinitivos verbi activi formatos esse supra vidimus. Iam quaeritur, quid sit illud *ie*. Mihi in mentem venit hoc *ie* idem esse atque Indorum et Bactrorum *ya*, quo in utriusque populi lingua verbum passivum formatur, ut *tud-yá-te* = *tund-i-tur*. Hoc autem, quo omnem vim passivam contineri Spiegelius gr. p. 254 affirmat, ad radicem *yá* ire cum Benfeyo §. 874 et Boppio gr. sansc. min. p. 329 refero. Itaque formam *dasi*, quam Festus ed. M. p. 68 tradit, ex formis *dasier*, *dasies*, *dasiese* ortam esse puto. Ne quis vero miretur, quid verbum eundi valeat ad passivam significationem, hoc addo, apud Latinos etiam verbo veniendi passivam vim tribui et in lingua sanscrita, imprimis epica, saepissime verba eundi cum accusativo nom. abstr. iuncta pro passivis usurpari, cf. *pāṇḍutām yá*, alitudinem adire = album reddi, *vishādam gam*, consternationem adire = consternari, *niṣṭām gam*, finem adire = finire, *ṭripniṃ gam*, satietatem adire = satiari. Ne hoc quidem praetereundum est in infinitivis Indorum, Bactrorum, Graecorum, qui in *-dhyai*, *-dyāi*, *-δῆαι* exeunt, fortasse idem *yá* radici *dhā* iunctum latere, quae Benfeyi et Curtii sententia est. Cf. Kuhn ann. 1, 25–27.

His expositis me convertam ad aliquot substantivorum dativos, qui cum rarius in Rigveda legantur, tamen ob eam causam potissimum memorandi sunt, quod ex iis non modo omnes graecae linguae infinitivi exceptis iis, qui in *-σαι* et *-σαι* desinunt, sed etiam germanicarum dialectorum infinitivi apte deri-

vantur. Atque dativi substantivorum in -man terminatorum sunt hi: trāmaṇe V, 46, 6 (falso leg. in lex. Petrop. 6, 46, 6) nadyās trāmaṇe bhuvan, flumina praesidio sint. dāmaṇe VIII, 82, 8, (falso legitur in lex. Petrop. 8, 52, 8). dhārmaṇe X, 50, 6. 88, 1. vidharmaṇe VIII, 7, 5. bhārmaṇe X, 88, 1. vidmāne I, 164, 6. X, 88, 18.

Ex bactrica lingua affero hos dativos: ctaomainē (ctaoman, laus), y. 9, 8 aoi māṃ ctaomainē ctūidhi, praedica me laudis causa, proprie ut lauder, āṇmainē (āṇman, vigor), y. 43, 20. khshnūmainē (khshnūman) y. 3, 3; 65, 3. Huc refero infinitivos graecos in -μεναι exeuntes, ut ἴδμεναι, *Fιδμεναι* = vidmāne, *δόμεναι* = dāmaṇe, *φειγόμεναι*, *θησόμεναι*, *τεθνάμεναι*, *ἀριθμηθήμεναι* etc., quos cum Bensley et Kuhnio (ann. 15, 304) in dativis habeo⁹⁾, non in locativis, ut Schleichero l. l. p. 416 placet. Qui ut ita iudicaret, duabus causis permotus est, altera, quod hi infinitivi participiis in -μενο terminatis responderent, altera, quod in graeca lingua nullum inveniretur exemplum, quo dativus thematum in consonantem desinentium in -αι exire demonstraretur. At illa participia sunt verbi medii et passivi, hi infinitivi fere omnes ad verbum activum solum pertinent. Quare recta ratio postulat, ut eorum originem non ex suffixo -mana, sed ex suff. -man ducamus. Ergo in dativis, non in locativis habendi sunt, cf. Bopp. III, 326 sqq. Ad alterum ita respondeo, ut iam antiquissimis temporibus suffixum -μεναι seiunctum et a Graecis servatum esse statuam, quamquam concedendum est graecorum thematum in -μαι desinentium, quae respondent sanscritis in man terminatis, nullum reperiri dativum in -αι exeuntem. Deinde idem suffixum -μεναι litteris αι abiectis in μεν mutilatum esse hisce intelligitur formis: *ναίμεν*, *οὐτάμεν*, *δρνύμεν*, *φιλησόμεν*, *τεθνάμεν*, *ἴδμεν* etc. Neque tamen L. Meyero assentiri possum, qui tales formas, quales sunt *διδούναι* = *διδοεῖναι*, *δοῦναι* = *δοεῖναι*, *δῖναι*, *σιῖναι*, *ιδέειν*, *ιδεῖν* ex decurtata suffixi *μεναι* forma ortas esse putat. Has potius refero ad suffixum -εῖναι, quod vedico dativo -ane suffixi an respondere mihi videtur, cuius vestigia in his substantivis conspicio: dhūrv-āṇe IX, 61, 30 = SV. II, 130 yā te bhimāny āyudhā tigmāni santi dhūrvāṇe | rākshā samasya no nidāh, quae tibi terribilia tela (et) acuta sunt ad pugnandum, (eis) tueare nos ab omni contemptore, turv-āṇe VIII, 9, 13. 12, 19. VI, 46, 8. VIII, 45, 27. X, 93, 10. samcāraṇe I, 56, 2. Ex bactrica lingua eodem pertinet dativus ukshnē subst. ukshan (yvaksh) vd. 4, 124, Spieg. comm. I, p. 135. Huc quoque dubito an Gotorum infinitivi, qui in -an terminantur, veluti aigan, possidere, giban, dare, magan, valere, standan, stare, et Germanorum quidam in -ane exeuntes referendi sint, quos omnes aequae ac graecos in -ειν term. Schererus symb. ad. hist. ling. germ. p. 474 locativos esse substantivorum an suffixo formatorum censet. Facile enim fieri potuit, ut dativi terminatio ai abiceretur, quod in graecis infinitivis quibusdam factum esse supra vidimus. Neque id minus ex usu infinitivorum got., praecipue eorum, qui cum praepositione du iuncti leguntur, apparere videtur eos esse dativos. Conferas haec: vaurkeith thans mans anakumbjan, *ποιήσατε τοὺς ἀνθρώπους ἀναπεσεῖν* cum vedicis verbis X, 186, 2 no jivātave kṛidhi, nos ad vivendum fac, i. e. fac, ut vivamus; atgibada du ushramjan Matth. 26, 2 *παραδίδοται εἰς τὸ στανρωθῆναι*. Ex antiquiore Germanorum lingua haec affero exempla: ze karawenne sint, praeparanda sunt, ist arlou-bit zins zi gebanne, licet census dari. Nib. 276, 2: daz er an ze sehene den frouwen waere guot, Grimm. gr. IV, 60 sqq. et Bopp. III, 315 sqq., quo cum conferas vedicum illud VIII, 21, 16 ná te dāmāna ādābhe, portiones tuae minui non possunt. Quamquam non ignoro id infinitivorum genus a Boppio et Schleichero ad suff. ana referri et locativos substantivorum sic formatorum saepius fungi infinitivi munere in lingua sanscr. posterioris aetatis Boppius copia exemplorum satis magna allata demonstravit, quorum duo apposuisse satis habeo: Sāvitrī I, 33 bhartur ānvешaṇe tvāra, coniugem quaerere festina, Rām. ed. Schl. I, 66. 19 na ceker grahaṇe tasya dhanushah, non potuerunt tenere hunc arcum. Ex bactrica autem lingua eius locativi usus exempla adnotavi haec: avānhānē y. 33, 5:

⁹⁾ Cf. ea, quae Delbrueckius de ea re in Kuhnii ann. XVIII, 2. p. 103. nuper exposuit.

çraošem zbayâ avânhânê, Çraoſham voco auxilio. urvâuê (?) y. 31, 2. marânê (√mar, memi-
nisse). çraoſhânê (√çruſh, audire) y. 49, 4. vareshânê (√vareſ) y. 50, 1. vourueaſhânê
y. 33, 13. hañhânê (√han, dignum eſſe) y. 8, 4. vidvanôî (√vid) y. 31, 3: taſ né... vidvanôî
vaocâ, hoc nuncia ut ſciamus. Vide de hiſ formiſ Spieg. gr. p. 393.

At paene oblitus ſum, dum in locativis verſor, commemorare vedicum dativum dâvâne, cuius non
alius ſuper eſt caſus quique infinitivi loco vi tam activa quam paſſiva ponitur, cf. IV, 32, 9: abhî tvâ
gôtamâ girânushata prá dâvâne, te laudant Gotamae carmine ad dandum, II, 11, 1 et 12: ſyâma te
dâvâne vâſûnâm, ſimus ii, qui a te bona accipiamus, proprie: ſimus tibi ad accipiendum bona. cf. I, 61,
10. 122, 5. 134, 1, 2. 139, 6. II, 1, 10. VI, 71, 2. VIII, 7, 27. 45, 10. 58, 17. Cum dativo dâvâne
Benfeyus in Oriente et Occidente coniuncto I, 606 ſqq. (cf. II, 97. II, 132) comparat graecum *δοῦναι*,
quod ex forma *δοFεραι* natum eſſe dicit. Haec quae modo attuli Delbrueckius mecum communicavit,
qui praeterea jásvane, quod legitur VI, 44, 11 dubitat an huc ſit referendum.

Hiſ multo uſitatiora ſunt ſubſtantiva aut in *ti* aut in *i* aut in *a* aut in *â* deſinentia, quorum dativos
infinitivi munere fungi ex eiſ quae proponam exempliſ elucebit. Ab uſitatiffimiſ igitur ſubſtantiviſ in
ti finit. incipiamus: *ûtâye* I, 4, 1: *surûpakritnum ûtâye*.... *juhûmâſi dyâvi-dyavi*, praec-
lara opera perficientem (Iudram) auxilio vocamus quotidie = SV. I, 160. I, 8, 1, 9. 9, 9. 22, 5. 23, 3. 30,
6, 7. 35, 1. 36, 13. 45, 4. 48, 14, 56, 4. 104, 2. 105, 17. 106, 1, 6, 111, 4. 119, 2. 129, 4. 130, 9.
144, 5. II, 5, 1. 32, 8. 34, 14. III, 9, 1. 14, 2. 27, 6. 30, 22. 37, 8. V, 5, 3, 5. 46, 3. VI, 9, 7. VIII,
32, 10. X, 81, 7. *sâtâye* I, 4, 9. 102, 3, 5. 111, 4. 130, 6. 138, 4. 143, 6. III, 31, 19. 36, 1. 54,
17. 56, 6. V, 5, 4. 39, 3. VII, 15, 9. VIII, 45, 9. IX, 7, 9. X, 38, 1. *pitâye* I, 5, 6. 16, 3. 22,
1. 23, 2. 47, 9. 55, 2. 137, 2. 166, 7. III, 42, 4, 8, 9. IV, 36, 2. 48, 1. V, 71, 3. VIII, 12, 12. *pûrvâ-*
pitâye I, 19, 9. 134, 1. 135, 1. VIII, 3, 7 = SV. I, 256. *sômapitâye* I, 16, 8. I, 2, 3. 8, 10. 14, 1, 6.
16, 1. 22, 9, 12. 23, 4, 7, 10. 44, 9. 48, 12. 92, 18. 111, 4. 137, 3. II, 41, 1, 21. III, 41, 1. 42, 3.
IV, 46, 7. 47, 1. V, 51, 3. V, 72, 1. VIII, 13, 27. *vitâye* I, 5, 5. 13, 2. 74, 4, 6. 135, 1, 3, 4.
142, 13. III, 13, 4. V, 26, 2. VII, 16, 4. VIII, 20, 10, 16. *devâvitâye* I, 12, 9. II, 23, 7. III, 21,
2. IX, 46, 1. *prâçastâye* I, 21, 3. 23, 19. 74, 6. 174, 4. IV, 56, 5. VIII, 12, 15. *ſvaſtâye* I, 1,
9. 22, 12. 35, 1. 89, 5. 97, 8. II, 2, 6. III, 10, 8. 30, 18. IV, 31, 11. V, 28, 2. VI, 15, 18. VII, 39,
2. VIII, 31. 11. X, 63, 8-14. *iſhṭâye* I, 113, 5, 6. I, 30, 12. 57, 2. 112, 1, 2. 129, 4. V, 44, 4,
72, 3. 74, 3. VI, 70, 4. X, 70, 11. *abhîſhṭâye* I, 129, 1. VIII, 27, 13. *vâſyaîſhṭâye* I, 25, 4.
176, 1. *nṛitâye* X, 18, 3: *agâma nṛitâye hâſâya*, eamus ſaltatum, riſum. *jûtâye* I, 127, 2
= SV. II, 1164. *dhîtâye* I, 41, 5. *prâtîtâye* I, 36, 20. *prâtûrtâye* I, 129, 2. *râtâye* V, 10,
6. *ſumatâye* I, 158, 2. *ityai (iti)* I, 124, 1. I, 113, 6.

Hiſ ved. ſubſtantiviſ adiungamus neceſſe eſt bactrica ſubſtantiva in *ti* exeuntia, quorum dativi im-
primiſ inter infinitivoſ referendi ſunt, veluti *anumatêê yt. 5, 18: yatha azem hacayêni zarathuſ-*
trem anumateê daênayâo, ut convertam zarathuſtram ad legibuſ obtemperationem, *aiwiſtêê yt.*
13, 67. apagateê yt. 13, 35. apañharſtêê vd. 5, 78; apayatêê yt. 1, 24. avahiſtêê vd. 8,
282. açruſtêê yt. 2, 13. upaſhitêê yt. 13, 30. keretêê yt. 10, 109. qaretêê y. 9, 7.
gaoyaotêê yt. 10, 112. zazâitêê yt. 5, 34. zarazdâtayêca vsp. 18, 7. (zarazdâiti; termi-
nationem êê, quam ex ayê contractam eſſe cognatae linguae demonſtrent, ſi particula ca addatur, ad
formam primitivam redire itaque propiuſ accedere ad vedicas illaſ formaſ Spiegeliuſ docet gr. bactr.
§. 24, 65.) duzhberetêê y. 1, 24. nizhberetêê y. 60, 16. nizhberetayaêca yt. 60, 5. nipâ-
tayaêca yt. 5, 6. paitieretêê yt. 8, 39. paititaretayaêca y. 17, 47. paitiſtâtêê vd. 20,
13. paityaçtayaêca vsp. 18, 7. parakañti vd. 6, 10: yêzi vaçen aêtê mazdayaçna zâm
raodhayân hikhtayaêca karſtayaêca parakañtayaêca, ſi Mazday. terram irrigare volunt ad hu-
mectandum (que) ad arandum (que) ad fodiendum (que). fraokhtayaêca vsp. 18, 8. frameretayaêca
vsp. 18, 8. fraçaçtayaêca y. 3, 69. fraçnatêê vd. 8, 279. mazdâtayaêca vsp. 18, 7. ratu-

fritayaëca vsp. 6, 4. vikañtéë vd. 7, 128, quo loco Spiegelius scribi mavult vikañti, quod sit verbum finitum relativo omisso; cf. comment. p. 222. gramm. bactr. p. 314. hamiçtéë y. 60, 18. hikh-tayaëca vd. 6, 10. huframaretayaëca vsp. 10, 12. hāmçtātéë yt. 13, 39. ||

Substantiva ser. in *i* finita: àbhogáye I, 113, 5. driçáye V, 80, 5: úrdhvéva snatī driçáye no asthāt, (aurora) surgit velut mulier quae lavatur, ut nos cernere possimus, proprie „ad videndum nobis“. (cf. Delbrueck. l. l. p. 12.) IX, 91, 6. X, 14, 12. tujáye V, 46, 7. yudháye V, 30, 4, 9. X, 38, 3. sanáye I, 116, 12. 116, 21. 124, 7. I, 30, 16. 31, 8. Commemoro hoc loco etiam dativos dhiyé I, 111, 4 et ráyé I, 10, 6. I, 5, 3. 17, 3. 54, 11. 73, 8. 84, 17. 113, 5. 116, 9. 142, 10. III, 15, 3. 19, 1, quorum alter a subst. dhī, alter a substantivo raī derivatur.

Substantiva sanscr. in *a* finita: dábhāya VII, 91, 2: ná dábhāya gopā, custos falli non potest, proprie: non est fallendo. gopithāya I, 19, 1. yajáthāya V, 11, 2 = SV. II, 259. V, 1, 2 = SV. II, 1097. mádāya I, 30, 3. 37, 15. 81, 1. 104, 9. 117, 1. 130, 2. 135, 1, 5. III, 32, 2. IV, 27, 5. IV, 34, 4. IX, 106, 8 = SV. II, 677. ráñāya I, 61, 6, 9. 116, 21. jārāya I, 164, 11 (√jar, senescere). dákhāya I, 111, 2. tárāya, II, 13, 12. VIII, 85, 1. sármāya I, 80, 5: apa^h sármāya codāyan, aquas ad manandum incitans.

Substantiva ser. in *a* finita: carāyai VII, 77, 1: viçvam jivám prasuvánti carāyai, omnia animalia incitans ad mobilitatem (Delbr. p. 6) jarāyai (√jar, vocare) I, 38, 13. His addo nonnulla substantiva alia aliis suffixis formata, ut dánāya I, 55, 7: dánāya mána^h somapāvann astu te, ad dandum mens tua, libaminis potor, versa esto! cf. I, 48, 4. 112, 2. II, 13, 13. VIII, 50, 8, IX, 81, 1. dhánāya I, 100, 8. 104, 7. yajnáya I, 111, 2. III, 39, 8. jīvanāya X, 161, 1. bhójanāya V, 83, 10. kshatrāya I, 113, 6. víryāya III, 32, 5. amṛitāya IX, 106, 8. caráthāya IV, 36, 3. mṛīzikāya I, 25, 3, 5. sāmrajyāya I, 25, 10. sakhyāya I, 101, 1. çatāçarādāya VII, 101, 6.

Bactricae linguae exempla sunt haec: afrapatāi (afrapata) yt. 19, 50: nōiṭ apaya afrapatāi zām paiti ahuradhātām, te tenebo, ne amplius cadere possis in terram ab Ahura creatam; amāi (ama) vsp. 10, 17. izhāi (izha) y. 40, 8. dāidi nerāç dareghāi izhāi, fac, ut viri diu valeant, proprie: da viros longo robori; uzraocayāi (uzraoca √ruc) yt. 19, 48. uzvarezái (uzvareza) vsp. 23, 9. ūthāi (ūtha) y. 45, 3. qarethāi (qaretha) y. 34, 11. khshvidhaëca (khshvidha) y. 67, 4. jayāi (jaya √ji) vd. 18, 12; cf. Spieg. comment. p. 378. zaoshāica (zaosha √zush) yt. 13, 33. zaradhaghnyāi vd. 1, 57. comment. p. 39. zyānāi (zyāna) y. 64, 44. zyānayaëca (zyāni) y. 13, 8. takāi (taka √tak) yt. 13, 78. thrāthrāi yt. 13, 10. darethrāi (darethra √dar) yt. 1, 44: ushi ahurahē mazdāo yazamaidē darethrāi māthrahē çpeñtahē, spiritum Ahurae Mazdae praedicamus, ut mente comprehendamus Manthram çpentam. paithyaëca (paithya) y. 52, 4. fradathāi (fradatha) yt. 17, 17. fradhathaëca (loc. voc. fradhātha) yt. 13, 68. framainyāi (framainya) yt. 16, 3. fravākāi (fravāka) yt. 16, 3. yt. 1, 44. fraçaçtāi yt. 16, 3. frashavakhshyāi y. 59, 7. baëshazāi y. 10, 22. baëshazyāi yt. 10, 5. barethré (barethra) loc. pro dat. vd. 2, 36. comment. p. 61. berethé (beretha) loc. pro dat. vd. 3, 89. comment. p. 97. magāi (maga) y. 50, 11. madhāi (madha) y. 11, 26. marethrāi (marethra √mar) yt. 1, 44. mahrkathāi (mahrkatha) yt. 8, 44. rafedhrāi (rafedhra) y. 28, 3. varedathāica (varedatha) y. 67, 5. vahmāica (vahma) vd. 16, 23. vahmāi y. 45, 10. vidōithré loc. (vidōithra) y. 10, 82. verézēnāi (verézēna) y. 48, 7. verethraghnāi yt. 24, 37. veredhātaëca loc. (veredhāta) yt. 13, 68. çaokāi (caoka √çu) yt. 16, 3. çadhayaca loc. (çadha) vd. 2, 132. çūkāi ((çūka) y. 67, 9. çāçtrāi (çāçtra √çāç) y. 45, 3, quo loco Spiegelius scripsit çaçtrā, acc. plur.; çnathāi (çnatha) vd. 9, 36. çuyē (çva √çu) y. 48, 9. skyaothānāi (skyaothna) y. 34, 5. hazañraghnāi (hazañraghna) vd. 7, 137. harethrāi (harethra) vd. 13, 108. havañhāi (havañha) yt. 24, 32. hurunyaica (hurunya) y. 67, 5; huvakhshāi (huvakhsha) vd. 4, 12.

